

CLAVDII GALENI PERGAMENI DE  
COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM SECVN-  
dum locos liber decimus & ultimus, Joanne  
Guinterio Andernaco interprete.

*De nephriticis.*



V O D nephriticas, & antidotos, & facultates nominant, quæ renūm affectib⁹ medentur, ex ip̄a constat appellatione. Porrō generalissima ipsorum differentia duplex eit. Nonnullæ siquidem calculosis renib⁹ auxiliantur: nonnullæ uero inflammatiōne, & ulcerē tentatis, quæ etiam uelicæ similiter affectæ congruunt. Cæterum prædictorum medicaminum facultates plurimum inter se contrariæ existunt: quippe quæ inflammatorij ulcerosisc⁹ affectibus componuntur, mitigatoria medicamina requirunt. At quia fieri nequit ut hæc celeriter ad renūm loca perueniant, ideo ipsis medicamenta, quæ urinæ ciendæ sunt, admiscemus. Quæ calculosis auxiliantur, una facultate indigēt, puta quæ incidere & abstergere cum manifesta caliditate possit: sunt autem huiusmodi fere omnia amara. Quemadmodū igitur in alijs, ita in his quoque comprobatam materiam ordine conscribam, orsus ab ijs quæ ad ulcerosos, et inflammatorios affectus conueniunt, à quibus etiam Andromachus, et Asclepiades auspiciat, deinde ad eas quæ lapides confringunt se contulere.

*Quas Andromachus facultates nephriticas ad renūm & uelicæ affectus tradiderit. Potio.*

Lini seminis, papaueris albi seminis, cucumeris seminis, tragacanthi, singulorū drachmæ duæ, amyli drachmæ quatuor; ex aqua pastillos excipito; dantur ad uelicam exulceratam, & difficultatem urinæ. Aliud. Nuclei pini triginta, amygdala uiginti, palmulæ quindecim, tragacanthi drachmæ quatuor, succi dulcis radiculæ drachmæ duæ, croci obolus unus, myrrha tantundem; subactis uino, quod primum ex uuis non pressis distillauerit, ceu idoneo utitor.

*Aliud: ad uelicæ affectus & ulceræ pastillis quo utor.*

Cucumeris seminis drachmæ duodecim, alterci seminis drachmæ sex, cicutæ seminis, opij, fœniculi, croci, singulorum drachmæ tres, casiae drachmæ quatuor, amygdala decem, nuces auellanæ totidem, apij seminis drachmæ sex, maluæ sylvestris seminis drachmæ tres: passo cretensi excepta; dato trium obolorum pondere: in quibusdam habetur cicutæ drachmæ sex, ijs qui febre carent ex passo.

*Aliud ad eadem & uelicæ dolores.*

Croci, urticæ seminis, maluæ sylvestris seminis, singulorum drachmæ sex, alterci seminis drachmæ duodecim, opij drachmæ sex, apij seminis drachmæ duodecim, nucis ponticæ drachmæ octo, amygdala uiginti, cucumeris seminis drachmæ duodecim, mellis attici quod satis est; datur nucis ponticæ magnitudo, cum tribus mulsi cyathis.

*Aliud ad eos qui sanguinem profundunt ex uelica.*

Aluminis scissi drachma una, tragacanthi drachmæ duæ, gummi obolus unus: ex passo dato obolos duos: interim obolum unum.

*Ad affectus uelicæ, uretice, hoc est, urinam ciens, Macedonis: confert iecorarijs, hydropericis, ar-  
quatis, nephriticis, omnibusq; uelicæ symptomatis: calculos comminuit.*

Acori drachmæ quinquaginta, phu drachmæ uigintiquinç, nardi gallicæ dra-  
chmæ uigintiquatuor, dauci seminis drachmæ uigintiduæ, cinamomi drachmæ tri-

» gintadux, meu drachmæ sedecim, asari drachmæ uigintiquatuor, petroselini dra-  
» chmæ sedecim, opobalsami drachmæ sedecim, & fructus tantundem, croci drach-  
» uigintiquatuor, myrrhæ drachmæ uiginti, dulcis radiculæ drachmæ sedecim, nar-  
» di indicæ tantundem, casiae drachmæ duodecim, amomi drachmæ sedecim, uuæ  
» paſſæ drachmæ octo, tragacanthæ drachmæ nouem; arida excipiens melle, traga-  
» canthum uino aminaø madefaciens, dato nucis auellanæ instar ex quaternis uini  
» cyathis, febricitantibus ex mulſa.

*Aliud ad uescice ulcera & inflammationes.*

» Nuclei pini uiginti, cucumeris seminis domestici grana quadraginta, amyli obo-  
» li tres, nardi drachma una, apij seminis cyathi duo; nardus & apium in aqua sexta 10  
» rīo coquuntur: deinde decoctionis cyathi duo commemoratis miscentur,

*Ad calculos quo Bassa Marij uxor curata est: confringit calculos, ac yrys-  
sus non sinit concrescere.*

» Casiae drachmæ duæ, apij seminis drachmæ tres, myrrhæ minæ drachmæ qua-  
» tuor, piperis albi drachmæ duæ, thuri drachmæ tres, lapidis syriaci masculi drach-  
» una, aut foemellæ tantundem, staphylini seminis, anisi, singulorum drachmæ duæ,  
» styracis drachmæ tres, iridis illyricæ tantundem, papaueris albi seminis drachmæ  
» duæ, spicæ nardi tantundem, amygdalarum amararum purgatarum, asari, singu-  
» lorum drachmæ tres, smyrnei seminis, cypri, singulorum drachmæ duæ, mellis at 20  
» tici quod satis est: dato quotidie.

*Ad calculos: comminuit lapillos & paulatim excernit donec uescicam purgauerit,  
deinde pellucentem urinam reddit: quod maximum est, persanat,  
ut non amplius generentur calculi.*

» Dauci seminis, anisi, cucumeris seminis, petroselini, myrrhæ, singulorum uncie  
» sex, casiae, baccarum lauri, cinamomi, nardi gallicæ, singulorum drachmæ quatuor;  
» laeuigata excipito ex aqua lupini exigui instar, datoq; ieunis quotidie ad dies tri-  
» ginta cum aquæ cyathis tribus. Hoc, ut accepimus, peculiari quodam modo pre-  
» paratur: linea enī pila et pistillo contunduntur, ac eum qui contundit, neque fer-  
» reum annulum habere oportet, neque calceos clavis transfixos: hoc à rustico ceu  
» mysterium accepimus. 30

*Ad nephriticos, & omnem fluorem, Apollonij.*

» Mandragoræ corticis torrefacti sesquidrachma, anisi torrefacti tantundem,  
» tragacanthæ, palmularum glandium carnis, singulorum drachmæ tres; cum mel-  
» ledato.

*Quæ Asclepiades scripsit nephritica.*

» Fructus piceæ contusi, cribroq; increti drachmæ uiginti, papaueris nigri semi-  
» nis, tragacanthæ, singulorum drachmæ duæ, nardi gallicaæ, croci, anisi torridi, dau-  
» ci cretici radicis, singulæ drachmæ, costi oboli tres: præparato ex paſſo, & excipi-  
» to pyxide, datoq; nucis auellanæ magnitudinem, ac musti quod prius distillaue-  
» rit cyathus unus, aquæ calidæ cyathi duo. Aliud. Cucumeris domestici semi- 40  
» nis torrefacti drachmæ tres, maluæ seminis drachmæ quinque, nuclei pini torrefa-  
» cti drachmæ sex, apij seminis drachmæ septem, lini seminis drachma una, amy-  
» gdalarum amararum purgatarum drachmæ nouem: excipito paſſo, ac dato in  
» modum prædictum.

*Aliud nephriticis utile, Onesidemi.*

» Amygdalarum amararum drachmæ sedecim, dauci cretici seminis, maluæ  
» seminis, singulorum drachmæ sex, ireos sylvestris radicis drachmæ octo, cornu  
» ceruini cremati, tragacanthæ, nardi gallicaæ, cucumeris domestici seminis, singulo-  
» rum drachmæ sex, paſſi quod satis est: præparato in modum prædictum.

*Aliud*

Aliud medicamentum probatum: huius usū nouimus multos nephriticos etiam toto affectu liberatos, uerum pluribus diebus medicamento insistre oportet: datur etiam calculosis, & colicos curat, nec non uescicæ affectus. In hunc modum habet.

Necum auellanarum purgatarū, amygdalarum amararū purarum, cucumeris „  
seminis purgati, singulorū drachmæ tres, cicutæ seminis, croci, maluæ seminis, opij, „  
singulorum drachmæ sex, alterci albi seminis, apij seminis, singulorum drachmæ „  
duodecim: excipito in pastillos melle redigens, datoq; obolos tres, & mulse calide „  
cyathos tres; in alio habetur urticæ drachmæ sex. „

Ad renū tophacia sedimina, aliud Oneſidemi.

Consolidam, sion, & artemoniū ex uino coquito, decocti liquoris expressi cya- „  
thos duos propinato, & aquæ tantundem. Aliud. Maluæ sylvestris radicem, & ru- „  
tae sylvestris radicem, montaniq; apij radicem incoquito, ac more predicto dato. „

Aliud ad calculos, quod inspergi possit.

Balsami fructus partes duræ, lapidis qui spongijs reperitur tantundem, pulegij „  
siccii, maluæ sylvestris seminis, ocimi siccii, singulorum par modus: contusa cribra- „  
taq; reponito, ac dato cochleariū cum uini temperati cyathis duobus. Aliud. Stru- „  
thij pars una, iridis sylvaticæ tantundem, oxallidis siccæ tantundem, anemonæ qua ma- „  
li cotonei florem habet, aridæ tantundem: contritis inretisq; ut predictum est utitor. „

Catapotia Heraclidi Tarentini: dissoluunt in uescica tophos, profundit etiam fullicidio.

Piperis, galbani, singulae drachmæ, liquoris libyci drachmæ duæ, myrrhæ dra- „  
chmæ quatuor, musti quod primum fluxerit quantum satis est: singito catapotia „  
ciceris instar: dato tria & passi cyathos duos superbibendos. Aliud. Guitæ ammo- „  
niacæ, piperis, aphronitri, singulæ drachmæ, balsami fructus drach. duæ, myrrhæ „  
drachmæ quatuor: excipiuntur musto primario, singunturq; catapotia ciceris ma- „  
gnitudine, ac terna dantur: uini dulcis superbibat æger quartam heminæ partem; „  
dato autem ad dies quadraginta octo, sed balneo prius usis. „

Pastillus urinæ ciende efficax, educit calculos, & tophacia sedimina.

Asari, petroselini, phu, meu, singulorum drachmæ quatuor, acori, anisi seminis „  
dauci seminis, apij montani, fructus balsami, tragacanthæ fructus, singulorū dra- „  
chmæ duæ. Tragacanthum passo dissolutum aridis inhcito, singitoq; pastillos, ac „  
dato obolos tres, cum passi temperati cyathis duobus. „

Aliud Chariclis, educit arenosa sedimina, conserit ad affectus cum ulcere.

Apj seminis, petroselini seminis, anisi, singulorū drachmæ sedecim, iunci odo- „  
ri floris, croci, tragacanthæ, singulorum drachmæ sex, dauci cretici seminis, piperis „  
albi, singulorum drachmæ quatuor: preparato in modum predictum, ac dato dra- „  
chmam cum musti primarij temperati cyathis tribus. „

Antidotum ex lapidibus, οἰκτὸν inscribitur, Mithridatis. Bene  
facit nephriticis & uescicæ affectibus, comminuit calculos,  
& tophos dissoluit.

Smyrnei seminis, cyperi, spicæ nardi, papaueris albi seminis, cinamomi, casiae fi- „  
stulæ, piperis albi, staphylini seminis, singulæ unciae, thuris non secti, apij seminis, „  
croci, styracis, ireos, amygdalarum amararum, acori, singulorum sesquuncia, lapi- „  
dis syriaci fœmellæ, aut masculi, singulorū semuncia, myrrhæ minæ tantundem: „  
melle macerato: datur instar nucis auellanae. „

Aliud Biennitæ, medicamentum probatum, anodynū utile & nephriticis, & ue-  
scicæ ulceribus: calculos confringit & lutum expellit per urinam.

Iridis drachmæ quatuor, meu, seselis, chamedryos, hyperici, cneori, cachryos, sin- „  
gulorum tantundem, amomi drachmæ octo, cinamomi drach. duodecim, roris „  
marini montani, nardi indicæ, croci cilicij, petroselini, polij, rutæ sylvestris seminis, „

» dictamni cretensis, singulorum tantundem, glycyrrhizæ, lapidis syriaci masculi,  
 » singulorum drachmæ sedecim, thlaspis drachmæ uigintiquatuor, uiticis feminis,  
 » myrræ, spondylj, singulorum tantundem, cardamomi drachmæ quadraginta-  
 » octo; excipiuntur melle cocto, danturq; nucis auellanæ instar cum mulsi tempera-  
 » ti cyathis quatuor.

*Quæ Archigenes prodiderit ad nephriticos in secundo medicamentorum iij. yros.*

*Hic corrus-  
pius est co-  
dex græcus.*

» Nephriticos conuenienti uitius ratione tracto, imponens sanè ceratum rosa-  
 » ceum cum styrace in malagmatis formam redactum [uehementer, inquit fide di-  
 » gnus, auxiliari ui cōtraria caulis decocti cyathos duos si ieūno ad dies nouem pro-  
 » pinentur] aspergetur autem modicum salis, ac modicum iuuat: item rosarum fo-  
 » liorum, amygdalarum corticibus detractis, thuris, aequalem portionem, papaue-  
 » ris caputum duplicatam, passo quod primum fluxerit excipito, ac uase fictili loco  
 » non humido reponito, datoq; obolos duos cum primario passo bibendum. Non-  
 » nulli in uitium amygdalarum, amyllum inijciunt, ac passi loco aqua excipiunt, pro-  
 » pinant autem ex musto lixiuio.

*De coxarum dolore, podagra & arthritide.*

Ex genere morbi articularij, & coxendix, & podagra est: quod enim in omni-  
 bus articulis molestia, articularius est: quod in uno, nempe coxarum articulamen-  
 to, coxendicem nominant: in pede, podagram. Incipit igitur magna ex parte etiā  
 podagræ origo ex uno articulo, temporisq; processu ad omnes pertingit. Ceterū  
 commune tribus hisce uitij est, humoris redundantia affectum occupans articula-  
 mentum: quo repleto undequaque, fit ut particulae neruosa ambientes tendantur,  
 atque hinc dolor oriatur. Interim igitur humor qui artibus sese insinuat, sanguineus  
 est, plerunq; uero pituitosus, aut mixtus ex pituita & bile, aut etiam cum his  
 sanguine: uerum exactius si quis interpretetur, non pituitosum humor, sed cru-  
 dum proprie dictum præpollere plurimum in articulatio morbo dixerit. Est hic  
 humor crassus, puri spissso similiter: cum autem in articulis remoratur, non tantū  
 crassior, sed etiam uiscosior euadit, sic ut in duritiem contumacissimam, quam lati-  
 ni tophon, græci poron appellant, occallescat: quod ubi factum fuerit, nulla am-  
 plius spes restat, qua articulus in primum statum exacte possit reuerti, sed depre-  
 hendit facile humorum noxam inferētum discrimina possunt, tum suis coloribus,  
 tum symptomatis, & medicaminum quæ admouentur experientia. Quæ igitur  
 à colore petitur dispositio dignotioq; illorū, omnibus cognita est: quæ uero à sym-  
 ptomatibus, etiam si non omnibus, neq; in promptu perspicua, attamen difficilis co-  
 gnitu non est: quippe biliosus sanguis multi caloris sensum egrotanti conciliat, ex  
 candescitq; calidorū impositu, quemadmodum rursus à mitigantibus remittitur.  
 Porro ut noxiū humor dignoscas, conferet etiam tibi præterita uitius ratio,  
 exercitij, aut otio transacta, balneisq; post cibum, aut ante ipsum, sicut & horum  
 exercitorum ciborumq; tum quantitas, tum qualitas; item anni tempus, regionis  
 constitutio, quemadmodum & etas, & corporis habitudo, quorum omnium mul-  
 tis in locis frequenter uires sum persecutus. Curationis initium erit, humoris, quem  
 noxiū deprehenderis, tracatio: si quidem plethoricum corpus exiterit, sanguis  
 missione in primis adhibita, mox purgatione, deinde medicamentorum, quæ  
 explicabuntur, conuenienter tempore & ordine usus est. In manibus sanè & pedi-  
 bus repellentibus fluxionem medicamentis nos utimur: in coxarum articula-  
 mento id facere uitamus. Etenim cum id in alto habeatur, sanguis ex ambientibus  
 ualis & musculis eò rapitur. Itaq; mitigatorijs per initia medicamentis in coxarū  
 dolore utendum, neq; refrigerantibus abunde, neq; ualide calefacentibus, qualiū  
 postea usus erit. Nam fluxiones ab eis irritantur, dum caliditas eas attrahat potius  
 quam prohibeat. Quia uero institutum meum non est in hoc opere, neq; de cata-  
 plasmatis

plasmatis, neque de fomentis aliquid dicere, uerum de medicaminūm compositorum methodo, ad hanc solam digrediar, à coxendice exorsus, quæ raro à sanguinis copia generatur, curaturq; citissime, uenarū poplitis, aut tali incisione. Quemadmodum autem sola subinde sanguinis vacatio abunde est auxilij, ita in omni coxendice contrarium accidit: præcipue uero in ea quæ ex copia conflata est, si quis ante corporis totius vacuationem acrībus in affecta particula utatur medicamentis, difficultime curatu reddit affectum, dum copia indidem ita constipatur impingiturq; ut uix dissolui queat. Nam præter alia etiam crassescit, uiscofaq; efficitur acriūm medicaminūm calore & siccitate, tostioni simile quid sustinens. Itaque tanquam plurimum momēti ad curationem affectus conferat totius corporis evacuatio, ab ea auspicandum est, nō modo ex crurībus, sed etiam ex cubito detractio nem molientibus. Iam uero & uomitus coxendice laborates iuant, magis quā per inferiora evacuatio, utpote qui humorem deorsum tendentem, in contrarium reuellant; fieri autem per initia debent ex cibo, postea etiam medicamētis in id efficacībus, ut in his à moderatioribus incipiatur. At in quib; impactio firmata est uehemens & solutu contumax, à medicis qui intempestive medicamentis acrībus usi sunt, cucurbitula maximum est præsidium. Opitulantur etiam clysteres, qui ex purgantibus fiunt medicamentis, qualis est etiam qui constat colocynthide. Hæc igitur modo cōmemorata præ oculis habentes, medicaminib; à maiorib; proditīs methodo uti poteritis. Cæterū auspicabor ab ijs quæ Andromachus conscripsit in illa libri exteriorū medicaminū partē, ubi cum malagmata ad principalia dicta tradidisset, ita reliqua omnia persequitur, quæ aliquo modo inueteratos affectus iuant, inter quos habetur etiam coxendicum dispositio.

*Quæ Andromachus tradiderit ad uerbum in libro exteriorum ad coxarum dolores.*

Rutæ sylvestris seminis, silphiū, baccarum lauri, aphronitri, abrotani, cucurbitæ „  
sylvestris, cardamomi, ammeos, singulorū drachmæ quatuor, rutæ uiridis minæ „  
pars octaua (nonnulli horum singulorum drachmas uiginti ponunt) galbani dra „  
chmæ sex, opopanaxis drachmæ quatuor, sulphuris uiui tantūdem. Quod hoc me „  
dicamentum uralide calefaciat, si quæ prius sape in commentario desimplicium „  
medicamentorum scripta sunt meminimus, nihil adhuc sermone recentiori opus „  
est: siquidem rutæ syluatice folia, medicamentum sunt uehementissimum & ma „  
xime calidum. Item silphiū et baccæ lauri, deinde aphronitru & abrotanum, hinc „  
cucurbita & cardamomū, & quod uocatur ammi. Iam uiridis ruta, minus quidem „  
his, non tamen contemnendam habet caliditatem, sicut nec sulphur uiuum. Hæc „  
igitur omnia, noxios coxarum articulamenti humores ex alto possunt elicere: ut „  
autem emplastrum ex ipsis fiat, autor medicamenti picem, resinam terebinthinā, „  
ceram & adipem miscuit. At ammoniacum thymiam & galbanum, præterquā „  
quod emplastricōpositioni conferūt, adhuc etiā emolliēdi quādam uim et mitiga „  
toriā obtinet, opopanax ex eodē cum ipsis genere est, sed uim ualentiorē occupat.

*Aliud remedium ad eundem affectum Andromachus his uerbis tradidit.*

*Aliud malagma ad coxendicum dolores, aliaq; multa.*

Ceræ drachmæ septuaginta duæ, resinæ terebinthinæ drachmæ quadraginta „  
octo, guttae ammoniacæ drachmæ trigintatres, propolis drachmæ quadraginta „  
tres, galbani drachmæ triginta sex, bdellij drachmæ uigintiquinque, opopana „  
cis drachmæ duodecim, spumæ nitri drachmæ triginta: unguento irino contin „  
gens applicato.

*Aliud Proti Pelusiote, ad coxendicum & capitū dolores, omnesq; uete „*

*res cruciatus conuenit.*

Ceræ drachmæ uigintiquatuor, guttae ammoniacæ drachmæ septem, resinæ te „  
rebinthinæ drachmæ septem, thapsiae succi drachmæ octo, olei cyathus unus.

Item aliud medicamentum inter malagmata in hunc modum Andromachus conscripsit:  
Ad coxendicum dolores, Heræ Cappadocis.

„ Picis liquidæ heminæ tres, aut duæ cum dīmidia, ceræ, resinæ pitying, sulphuris uiui, singulæ libræ, nitræ sesquilibra, herbæ pediculariæ sextarius, pyrethri selibra, uini fecis combusta libræ duæ, cardamomi sextarius unus, galbani selibra; liquida aridis adiçuntur. Hoc medicamentum etiam ipse Heras in proprio libro ferè ad calcem scripsit, uerum non adiectum ei est in pice, aut duæ, et dīmidia, sed absolute possum est heminæ tres; titulum autem ei hunc ad uerbum dedit.

Ceratum ad coxendicum dolores: reficit etiam admodum inueteratos affectus:

hoc usus sum ad refectionem in Phrontino.

„ Picis liquidæ heminæ tres, ceræ, resinæ pityinæ, sulphuris uiui, nitræ, singulæ libræ, herbæ pediculariæ sextarius, pyrethri selibra, uini fecis cōbusta libræ duæ, cardamomi sextarius unus, galbani selibra; liquida aridis miscent. Tradidit insuper alia duo ad coxendicē medicamenta Heras, quorū alterum in hunc modū habet,

Ad coxendices, mitigatorium admodum.

„ Picis partes duæ, sulphuris uiui pars una: leuia ambo mixta loco dolenti applicato: sed ubi aegrotum prius laueris, super chartam iniçito, finitoq; donec sua sponte recedat: potest autem qui chartam habet etiam lauare. In quibusdam exemplis ribus habetur, picis pars una; ac licet etiam ipsum hoc pacto cōficere, cum sciamus nos efficacius esse cum utraq; miscentur, & pix & sulphur uiuum; imbecillius autem in quo pix duplo copiosior sulphure immittitur. Reliquum atq; tertiu ad coxendicem remedium ita ab Hera perscriptum est.

Aliud ad coxendicem: hoc usus sum in Phrontino statim in accessionibus.

„ Ceræ drachmæ centum, uisci quercini drachmæ sedecim, myrræ drachmæ sex, resinæ terebinthinae drachmæ uiginti quinque, galbani drachmæ sex, iridis illyrice totidem, cedrini liquoris heminæ dīmidium, cyprini olei tantundem: ceram & liquorem cedrinum, cum cyprino liquefacito, deinde resinam & galbanū: cum ablatur es medicamentum, iridem & uiscum inspergito. Iam ablata olla myrra sit in lauorem detrita, deinde liquida superfundito, & mixtis utitor; nonnulli etiā nitræ drachmas quinq; addiderunt.

Quæ Asclepiades in quarto interiorum, quæ Marcellas inscripsit, remedia tradiderit.

„ Hic quoq; omnia id genus malagmata uocat, uerum adiçit alij ad coxendicem, alijs ad liuenem, alijs ad latera, aut aliam quandam partem; nōnulla etiam multū usus esse dicit, sicut & hoc ab eo scriptum in hæc uerba.

Malagma Antiochidis ad lienosos, hydroponicos, coxendicum dolores, & articularios: confectum est Fabille Libyce.

„ Ceræ, uisci quercini, resinæ terebinthinae, singulorum libræ tres, myrobalani ex pressione, nitræ spuma, lapidis asij floris, guttae ammoniacæ, singulæ libræ, olei cyprini libræ tres, acetæ quod ammoniacum dissoluat. Post hoc deinceps ita scribit.

Aliud Fabille compositum uehementer generosum ad eosdem affectus.

„ Myrræ stillatitiæ, bdellij unguis, medullæ ceruinæ, guttae ammoniacæ, iridis sicca, singulorum drachmæ duæ, opopanax, galbani, styracis, mastiches, lapidis asij floris, liquoris sycomori, cachryos, piperis albi, singulæ libræ, cere, resinæ terebinthinae, singulorum libræ quinq;: contundendum est medicamentum, ac cum qui contundit, irini unguenti sedimentum attingere oportet, quo usq; tactu lenius medicamentum euaserit.

Aliud ordine scripsit Asclepiades in hunc modū: Malagma quod ab aureo colore, chrysitus, an appellamus.

„ Arsenici aurei coloris, calcis uiuæ, aluminis liquidi, aluminis scissi, singulorum uncie duæ: arida contundimus, incernimusq; in pilam coniectis admiscemus acetæ cyathos octo, leuigata diligenter liquidis excipimus. Sunt autem hæc: Cera, resina

sinæ frictæ, & ptyinæ, singulorum libræ duæ, olei communis cyathi octo : hæcli-  
que facta refrigerari sinemus, refrigerata tritis adiçimus. Nos apposuitimus medi-  
camenti conjecturæ, myrrhæ uncias duas, alijs addunt sandarachæ uncias duas, sub  
trahentes aluminis liquidi uncias duas : nos autem subscripta omnia immittentes  
præparamus, ac fit efficacius.

*Post commemoratum, aliud hoc pacto tradidit: hoc usus est Andromachus. Bene facit lienosis, hydro-*  
*picis, præcordiorum distensionibus, coxarum doloribus, articularijs, & inueteratis affectibus.*

Ceræ, picis brutiæ, utriusq; libra: loco picis resinam frictam indimus; resinæ pi-  
tyinæ libra, olei cyathi octo, arsenici aurum referētis, aluminis scissi, calcis uiuæ, sin-  
gulorum unciaæ duæ: præparato in modum prædictū. Nos adieciimus medicamen-  
to myrrhæ uncias duas, uisci quercini uncias quatuor.

*Post comprehensum superius, alia quedam ad hydropicos & lienosos persecutus, iterum conscripsit*  
*uarij usus medicamentum, quod etiam coxarum doloribus conuenire dicit his uerbis.*

Andreae malagma: remedium admirabile ad ea quæ \* perforare uoles, dissolute  
re, expurgare: ossa corrupta educit, aculeos & spicula. Asscriptum est Sarapioni  
empirico: ualeat coxendicum doloribus, purulentis, scirrhosis, uiscerum affectibus:  
est etiam acopō salutare, resolutis longo tempore, distortis aliqua corporis parte.  
Item ulceribus pinguiusculis, ut aliena educat, & ipsa obducat cicatrice. Coccigni  
dij purgati, nitri rubri, salis ammoniaci, aristolochiæ cretensis, cucumeris sylvestris  
radicis, resinæ terebinthinæ, singulorum drachmæ uiginti, piperis longi & rotun-  
di, guttae ammoniacæ (quidam etiam amomi) xylobalsami, singulorum drachmæ  
decem, thuris masculi, myrrhæ, resinæ siccæ, uisci laborati, singulorum drachmæ  
decem, sycamini liquoris tantundem, ceræ drachmæ triginta, adipis caprilli dra-  
chmæ quindecim, irini unguenti fecis ad excipiendum quod satis est: arida con-  
tunduntur incernunturq; cribro tenuissimo, ita ut irini sedimento attingantur: de-  
inde ubi probe in unitatem coierint, emollita reponimus: cum uoles eti: m acopo  
uti, medicamenti sumito uncias tres, adipis anserini tantundem, olei cyprini tan-  
tundem: mixtis utitor.

*Post hoc ita scripsit. Aliud ad eosdem affectus.*

Pyrethri, cocci gnidiij, aphronitri, salis ammoniaci, aristolochiæ cretensis tenuis  
corticis, cucumeris syluatice radicis, resinæ terebinthinæ, singulorum drachmæ ui-  
ginti, piperis longi & rotundi, guttae ammoniacæ, bdellij, xylobalsami, thuris, myr-  
rhæ, cardamomi, amomi, seui caprilli, resinæ siccæ, singulorum drachmæ decem,  
ceræ drachmæ triginta, uisci laborati drachmæ octo, sycamini liquoris tantundem,  
irini unguenti fecis ad excipiendum modicum, uini italicici quod satis est. Perfusa  
quæ dissoluere oportet, pro more præparato. In alio exemplari neq; xylobalsa-  
mum, neq; cinamomum, neq; amomum offendit. Post commemorata, cum alia enu-  
merasset medicamenta, rursus meminit coxendice laborantium, his uerbis.

*Aliud eiusdem epithema, coxarum doloribus, articularijs protinus auxiliatur.*

Fœnugræcum in uas fisticile coniectum, & poscæ quod satis est, incoquito pru-  
nis superponens usq; dum dissoluatur. Vbi uero dissolutū fuerit, mellis quod suffi-  
cit adiçito, rursusq; incoquito: deinde exemptū diligenter terito, ac in linteolū in-  
dito, locis dolentibus imponito, ac fasciola inuoluta sinimus, idq; ad duos tres ue-  
 dies facimus. Inter terendum ubi medicamentū induruerit, liquoris quod satis est  
adiçimus. Verum id quod adiçitur eiusmodi esto, ut cataplasma fiat ualentius.

*Aliud eiusdem continua serie scriptum in hunc modum.*

Consolidæ sesquilibra: rasam minutimq; incisam et pilæ fistili iniectam, diligen-  
ter terito: ubi exakte laevigata fuerit, addito mannae uncias tres, ouorum trium re-  
centium erudorum albumen cum luteis, ac rursus terito: ubi coierint, addito adi-  
pis suilli ueteris libram unam: contusa diligenter illataq; in linteolum imponito:

**statim mitigat.** Postea aliud rursus in hæc uerba tradidit.

Aliud eiusdem malagma ad coxendicum dolores, statim in ipsis accessionibus impositum, didymæ ad dicitur: ualeat ad attritus et omnem neruorum dolorem, dissoluit etiam omnem duritiem, præterea confert alijs inflammationibus, purgat etiam cicatrices prauas. V aleat contra artus distortos confractos, & malignos mammarum affectus.

» **Ceræ,** uisci quercini, resinæ terebinthinæ, iridis siccæ, myrrhæ, galbani, singulorum drachmæ quadraginta octo, olei cyprini aut unguenti ægyptij quantum sufficit: galbanū cyprino iniectum uel unguento ægyptio, ignis impositum dissoluit, ceram emollimus, ac reliquis mixtam diligenter contundimus, atq; his galbanum liquefactum inditum, cum cyprino rursus tundimus, ac ubi malagma levissimum tactu reddiderimus, excepto utitor. Deinde hoc tradit Asclepiades.

Aliud eiusdem ex Ario: confert colicis, statim in ipsis accessionib. impositū, & scabiæ citra exulcerationē persanat.

» **Ceræ,** picis liquidæ, singule libræ, sulphuris uiui, aluminiis scissi, nitri rubri, singulae selibræ: quæ liquari possunt liquefacito: arida contundito, incernitoq; cribro. tenuissimo, ac ubi liquida in spissitudinem coierint, adiçito arida paulatim insper gens mouensq; continue, & in mortariū transufsa rursusq; tusa, excipiens utitor. Post superiorius aliud in hæc uerba recenset.

Aliud eiusdem malagma, quod silphio constat, coxarum doloribus uehementer generosum.

» **A mmeos** drachmæ duodecim, silphiij, ruta sylvestris seminis, baccarū lauri purgatorum, singulorum drach. quatuor, cucurbitæ sylvestris medullæ drachmæ duæ, nitri drachmæ quatuor, abrotani drachmæ quatuor, cardamomi drach. quatuor, ceræ ponticæ minæ pars octaua, picis, resinæ, guttæ ammoniacæ, singulorum minæ pars octaua: quæ liquari possunt aridis superfunduntur. Superiori succedit hoc, in eum modum ab Asclepiade scriptum.

Aliud eiusdem quo usus est Antipater.

» **Silphiij,** ruta sylvestris siccæ, baccarum lauri siccaram, aphronitri, cucurbitæ sylvestris medullæ, abrotani thebaici, ammeos, cardamomi, singulorum drach. quatuor, ruta domesticæ uiridis, picis aridæ, resinæ terebinthinæ, guttæ ammoniacæ, adipis uitulini, singulorum minæ pars octaua, galbani drach. sedecim, opanacis drach. quatuor, sulphuris uiui drach. quatuor, olei cyprini heminæ quatuor. In usu prius coriandrū siccū crematū cyprino excipiendū est, atq; hoc coxa illinēda: secundū dū huius usum malagma imponi debet. Ab hoc rursus aliud tradidit hisce uerbis.

Aliud eiusdem malagma ad coxendicum dolores, recorporatitum: toto affectu liberat:

confert resolutis, tremulis, & inueteratis affectibus.

» **Picis** liquidæ brutiæ libræ tres, fecis siccæ combustæ libræ duæ, nitri rubri sexilibra, resinæ pitynæ libra una, ceræ libra una, herbæ pediculariæ libra una, sulphuris uiui libra una, pyrethri selibra, cardamomi sextarius: picæ, ceræ, resinamq; incoquito: arida contundito incernitoq; cribro tenuissimo, & liquidis exceptis uti tor. Hinc aliud medicamentum in ea uerba scripsit.

Aliud eiusdem quo usus est Philocalus.

» **Sinapis,** foenugræci moliti, utriuscq; sextarij dimidium, pyrethri, herbæ pediculariæ, nitri rubri, singulorum drachmæ quatuor, opanacis drach. duæ, galbani drachmæ duæ, resinæ terebinthinæ libra una, ceræ libra una, olei cyprini libra una: liquida aridis superfunduntur.

Quam Damocrates curationem coxendicum conscripsit ex iberide.

Damocratis liber Clenicus inscribitur, in quo numeris iambicis, ut solet, detribus medicamentis disserit. Primo sanè quod herba constat, quā etiam ipse uocat iberidem. Altero quod semine conficitur, dolorē auferens. Tertio purgante, quod ab ipso Hieron nuncupatur. Itaq; de prima coxendicum curatione in libello hoc, in iberide ait medicum quendam sibi familiarem curatū fuisse herba, quam, ut dixi, ipse

ipse Damocrates iberidem uocat; didicit eam ipse suis oculis, cum nullus unquam ipsius nomine audiuisset, quoniam ne praceptor quidem cognouit. Porro notis quas producit, uidetur à Græcis dictum lepidion, iberidem nuncupare à loco, ubi familiaris amicus ipsius curatus fuerat. Scribit autem signa ipsius his iambis:

Vbiq; multa nascitur, sed maxime  
Orto, arida eadem reiçit, et marcat simul,  
Apud uetus monumēta et muros, uias Nonnulla radici adnascuntur; insuper  
Olim frequentatas, ubi non exercuit Fert caulis estate tenuem florem admodū  
Agricola aratrū, semper folijs germinat Varium, colore lacteū, hunc pauxillulū  
Nasturtij, uere equidem floret, nō diu. Subsequitur seminis, adeò ut nemo queat  
Cauli ipsius cubitali longitudine, Videre id exacte, radix acerrimum  
Modo minori, longiori nunc, & Odorem habet, similē admodū nasturtio.  
Tenuia adherent folia æstate, frigore

His speciem herbæ indicauit, subsequentibus usum ipsius ostendit.

Hanc effodito, capitoq; multa copia Pedibus suis proprijs exibunt singuli.  
Æestate, nam recès multo est ualentior Vini exiguum oleo mixtū largo subigitō,  
Sicca, hāc diligēter tundito, uix em̄ potest Totosq; perlinito eos, demptis linteis,  
Tundi; inde exigua, pr̄sus oblinito axūgia Sed omnibus pinguedinē addes, fascijs  
Post applicans patellæ, tum toti cruri Leuissimis membrū contegito. Ceterum  
Ligansq; sinito hērere horis nō pauculī, Iubeto quæ uolet facere reliqua omnia  
Mulieribus, duabus: quatuor, uiris; Cōsueta, et grata: nā presidiū istud potest  
Mox balneo adducas, nullo nec perlitos Citra alterius misturam priuatim satīs.  
Prius nec unc̄tos unguine: cū superuenit Et si laborem citra ægroti permanent,  
Mador, solio ipositi cōtineaas, nā inuehit Quod accidit plerunq; fac radiculam  
Subinde morsū, cui sensus calidus ineſt, Letus uenare: sin restet uestigium  
Modicē madentes ipsos nunc educito. Affectus, ipsum totum denuo lines  
Et si fuerint inducti manibus plurium, Diebus interpositis circa bis decem.  
Hoc usus modo, & capit̄is dolores diuturnos, & alios omnes cruciatus ueteres, &  
solitu contumaces affectus resolutionesq; curasse se ait: summatim, in quibus alijs  
utuntur sinapismo, et ex thapsia pr̄sidio, hac se herba sanare affirmat. De iberide  
hac etiā Archigenes mentionē facit, nominās ipsam lepidiō in secūdo medicamen  
torum secundum genus, cōuenire ipsam lienosis, & coxendice laboratibus astruit.

Ad coxendicum dolores, & perfrictiones, Hygieni Hipparchi.

Herbam iberidem, quam nonnulli uocant lepidion, aut nasturtiū sylvestre ex-  
cipito, ac radicem ipsius contundito, adipe suillo emollitam emplastrī modo loco  
dolenti imponito ad horas tres: deinde in balneum dimittito. Idem liberat etiam  
uetustos capit̄is dolores simili usu, quē Damocrates medicus uersibus conscripsit.

De podagricis & articularijs uitijis.

Dictum à me superius est, ubi de coxendice agebatur, huiusmodi uitia fluxio-  
num esse soboles, dum in articulorum regiones decumbunt: quare etiam curatio  
ipsorum unum scopum obtinet, ut id quod decubuit uacuetur. Præterea dum ea  
influit, communī influentium humorū sermonī scopum auxiliorum subiçere  
oportet, repellendo, reperiendo, oportet. Vbi uero non amplius influxerit, id quod  
impactum est, digerendo. Materia uero medicamentorum quibus hæc constat,  
uaria est, sicut etiā in alijs affectibus. Nam prudentiores ab initio ex artificiali qua-  
dem coniectura, alijs aliud excogitauerunt: experientia autem etiam præstantis-  
fima probarunt: quare quemadmodum in alijs affectibus, ita in his quæ maiores  
experiencia comprobarunt, optima ascribam.

Quæ Asclepiades ad commemoratos affectus in quarto exteriorum, quibus

Marcellas titulum indit, scripta reliquerit.

Epithema ad podagricos, articularios, anodynōn: usus est in ipsis accessionib.

» Lachrymæ papaueris drachmæ quatuor, croci drachma una; laevigata lacte bouil  
» lo caprilloue, & mica panis adiecta diligenter terito, ut tactu lene sit cataplasmæ;  
» emollitum rosaceo attingito, ac utitor ut blando cataplasmate, extrinsecus betæ,  
» aut laetucæ folijs tuendi gratia impositis. Interim opium & crocum cum lacte la  
» uigatum excipimus cerato quod ex rosaceo paratum sit, deinde linteolo illita im  
» ponimus. Aliud. Styracis drachmæ duæ, opij drachma una: præparato & utitor  
» in modum prædictum.

*Aliud, statim dolorem finit. Oportet autem antequam medicamentum applicetur, ægrotum  
lauare, deinde locis abstensis imponere.*

» Absinthij pontici succi, croci, opij, singulorum drachma una, ceræ ponticæ dra  
» chmæ quatuor, irini unguenti drachmæ sex, passi cretici quod satis est: opium, absin  
» thium, crocum dissoluto: cum dissoluta fuerint, liquidis excipito, & linteolo illita  
» imponito. Aliud. Cicutæ seminis exorticati drachmæ sex, croci drachma una,  
» opij drachma una, passi cretici quantum sufficit: laevigata excipito cerato, quod ex  
» rosaceo præparatum sit.

*Epihemæ ad podagricos, articularios. Bene facit & ad maximas dispositiones.*

*Vsus est Erafstratus Sycionius.*

» Capparis radicis cōtusæ cribroq; incretae choenix unus, alterci seminis choenix  
» dimidius, chamæleontis nigræ radicis choenicis quarta pars, cicutæ seminis choeni  
» cis quarta pars, mandragoræ radicis choenix unus, solani (alij dorycnij) choenicis 20  
» quarta pars. Omnia mixta contusaq; & increta, usæ fictili reponito, ac cooperta  
» diligenter seruato: cum usus exigit, choenicibus quatuor laevigatis, ac usæ fictili aco  
» niato inditis, fecis sicca heminas quatuor adjicito, carbonibus superposita coqui  
» to, diligenter mouens, usque bis t'ue efferbuerit: deinde ubi ab igne sustuleris,  
» medicamentum calidissimum inducito, uel ut æger ferre potuerit. Verum anteq;  
» cataplasma imponas, pedes conuenit multa aqua frigida irrigare, ac per spongias  
» fotis medicamēto uti: postea cataplasma ex linteolis tenuissimis acetō intincto, ap  
» plicare, ac fasciola, que id contineat, circundata, medicamētum iniectum ad horas  
» duas sinere. Hinc eo quod iniectum est ablato, pustulas erumpentes acu compun  
» gere oportet: humor enim ex his mucosus multis & glutinosus effluit. Post hu  
» iusmodi humorum excretionem, multa aqua frigida pedes superfundere conuenit,  
» ac rursus medicamētum imponere, in uicem aceti utentes aqua potabili, ac linteo  
» lum quod imponitur aqua frigida madefacere.

*Aliud eiusdem. Hoc cucurbitarum & hirudinum loco utimur, ut sanies cruentas exuget.*

*Facit etiam ad tophaceam duritiem, scirrhosq;, adeò ut dissoluat.*

» Fœnugræci moliti sextarius, lapidis asij floris tantudem, farina fabaceæ  
» nigræ simul molitæ, farinæ lupini, singuli sextarij: omnia mixta calidaq; aqua ma  
» cerata, calido imponito, ac fasciola comprehendito: locos affectos superfundere  
» prius conuenit, uel etiam ipsos ægros in solium collocare. Iam uero ligamentis in  
» iectis deligatis, & irriguis, medicamentum tollimus: locis fotu recreatis, utimur 40  
» medicamento quod amygdalis constat amaris: item malagmate quod crocum re  
» cipit, iridem, & aristolochiam. Hoc prescriptum est in superioribus malagmati  
» quæ ad podagram.

*Pastillus podagricis & articularij utilis: usus est in ipsis accessionibus.*

» Aloes libra una, centaurei unciae sex, thuris masculi unciae quatuor, myrræ tan  
» tudem, lapidis asij floris unciae duæ, opij unciae duæ, mandragore succi unciae duæ,  
» aluminis scissi unciae duæ: excipito passo, fingitoq; pastillos: cum usus exigit, lacte  
» dissoluens illinito pennis, ac unguento superinjicto linteolum passo madens.

*Aliud, cui titulus est Zobis.*

» Aloes drachmæ duodecim, opij drachmæ octo, meconij succi drach. sex, alterci  
succi

succi tantudem, aconiti drachmæ quatuor, hypocistidos drachmæ sex, glaucij dra-  
chimæ octo, croci drachmæ duodecim, gummi drachmæ uigintiquatuor, malorum  
mandragoræ drachmæ uiginti, aceti heminæ duæ: coquito mala ex aceto, expressa  
prædictis addito: infaccata lauigataq; diligenter pastillos singito, siccatoq; in um-  
bra: usus indicatus est.

*Malagma articularijs, podagricis, ex cicta & agarico, medicamentum probatum.*

Cicutæ seminis, agarici, fœnugræci, singuli sextarij, nitri uncia una, ceræ, resinæ  
frictæ, olei ueteris, singula librae, medullæ ceruinæ, iridis illyricæ, singulorū triens:  
sicca contundito cribratoq; incerniculo tenuissimo: quæ liquari possunt, liquefaci  
to: deinde ubi refrigerata fuerint adapertaq; siccis adiçito: contusa excipito & uti  
tor. Aliud eiusdem. Ceræ libra una, olei ueteris, aut sabinæ sextarius, fœnugræci tan-  
tundem, cicutæ sextarij dimidium, resinæ frictæ libra una, nitri rubri unciae nouæ,  
lapidis asij floris unciae sex, medulle ceruinæ unciae quatuor, iridis illyricæ totidem:  
præparato in modum prædictum.

*Aliud eiusdem malagma ex tedi Titi Cæsar, podagricis & articularijs utile: omnem duritatem emollit.*

Visci quercini sesquilibra, thuris libra una, ceræ libra, tedarum pinguium libra,  
resinæ pityinæ tantundem: incoquito quæ liquari possunt tedi pinguibus agi-  
tans, ac ubi tota harum pinguedo defluxerit, ab igne sublato liquorem per saccum  
trajicito, hunc thus lauissimum adiungito, continue moues usq; dum manus non in-  
quinet; in pilam transmissa excipito & utitor. Aliud. Tedarū pinguissimarū, thuris  
masculi, resinæ pityinæ, singule librae, visci quercini selibra: in more præparato.

*Malagma dia asij, hoc est, ex asio lapide, podagricis, & articularijs admodum generosum: toto  
affectu liberat: usus est cum morbus remittit.*

Visci, resinæ terebinthinae, singulorum libra una, aphronitri, lapidis asij floris,  
thuris, singulorum selibra, olei cyprini libra una, adipis quantu sufficit: arida con-  
tunduntur, cribranturq; & ex aqua terunt, ut cerati habeant spissitudinem, quæ li-  
quari possunt liquant, & lauigatis adiçitiuntur: cōtusa rursus excipimus, & utimur.  
Aliud. Visci libra una, resinæ terebinthinae tantudem, lapidis asij, nitri, singulorum  
unciae quatuor, manne unciae tres, cyprini unciae duæ, aquæ lixiæ quod fatis est.

*Aliud articularijs egregie efficax: statim auxiliatur, ut quod humiditatem in alto absorbeat.*

Visci, resinæ terebinthinae, singulorū libra, adipis taurini, lapidis asij floris, cal-  
cis uiuæ, manne, singulorū unciae tres, cyprini libra una: præparato ut est prædictū.

*Aliud Diodori.*

Adipis taurini unciae octo, aphronitri unciae quatuor, lapidis asij floris drach.  
duæ (in alijs habetur drachmæ quatuor) olei cyathi duo: quæ liquari possunt aridis  
adiçuntur: medicamentum uehementer bonum est; exhibet etiam collectiones in  
omnibus articulis consistentes, leuatq; doloribus.

#### GALENI DE MEDICAMENTORVM COMPOSI-

#### TIONE SECUNDVM LO-

COS FINIS.

An anatomical illustration of a human skull viewed from the back. The枕骨 (occipital bone) is prominent at the bottom center. A large opening, the foramen magnum, is visible through which the spinal cord passes. The枕骨 has several small openings (foramina) near its top edge. The surrounding bone structure includes the parietal bones, temporal bones, and occipital condyles.



A detailed woodcut illustration of a winged, multi-headed creature, possibly a dragon or a multi-headed serpent, standing on a small globe. The creature has several heads, long whiskers, and a long tail ending in a flame. It is surrounded by swirling clouds and flames.

« diaboli est ipsa illa potestis, et amantes, quibus tu in tua regia  
« ab aliis in illo quippe regno in te poteris, et tu tribus iudeis quis in te  
« in conuerso, manus tuis, et amato, et amato, et amato, et amato, et amato,  
« audiolobus, et amato, et amato, et amato, et amato, et amato,



CLAVI  
PERGAMENTI  
SYMPHORIA  
auratum, illuf-  
trum, in  
co

SYMPHO  
TIS AVRAT  
Secundū Ga

fronte capi

Congratia